

«**Nobis autem voluntas nostra notissima est**».

Note sul concetto agostiniano di ‘voluntas’ a partire dal testo di «De duabus animabus» 10, 14

Padova, 19 febbraio 2025 – E. Moro

A me manca quello che tu hai in abbondanza:
quella vitalità che riesce a imporsi e che non
accetta nulla contro voglia.
(E. Betghe a D. Bonhoeffer, lettera del 1/2/44)

A. Testo: una bozza di traduzione

Non igitur nisi voluntate peccatur. Nobis autem voluntas nostra notissima est: neque enim scirem me velle, si quid sit voluntas ipsa nescirem. Definitur itaque isto modo: voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum, vel adipiscendum.

Cur ergo ita tunc definire non possem? An erat difficile videre invitum volenti esse contrarium, ita ut contrarium sinistrum dextro esse dicimus, non ut nigrum albo? Nam eadem res simul et nigra et alba esse non potest: duorum autem in medio quisque positus, ad alterum sinister est, ad alterum dexter; simul quidem utrumque unus homo. Sed simul utrumque ad unum hominem nullo modo.

Ita quidem invitus et volens unus animus simul esse potest, sed unum atque idem nolle simul et velle non potest. Cum enim quisque invitus aliquid facit – si eum roges, utrum id facere velit, nolle se dicit: item si roges, utrum id velit non facere, velle respondet –: ita invitum ad faciendum, ad non faciendum autem volentem reperies: id est enim unum animum uno tempore habentem

Non si pecca, quindi, se non per volontà. Ora, la nostra volontà ci è massimamente nota: non saprei infatti che io voglio, se non sapessi che cosa sia la volontà stessa. Si definisce quindi in questo modo: (la) volontà è il moto dell’animo, da nulla costretto, <volto> o a non perdere o a conseguire qualcosa.

Perché mai, dunque, a quel tempo non ero capace di definir<la> così? Era forse difficile vedere che nolente è contrario a volente¹, così come diciamo che sinistro è contrario a destro, <e> non come nero a bianco? Una medesima cosa, difatti, non può essere simultaneamente nera e bianca, mentre qualcuno, posto in mezzo a due, è a sinistra dell’uno e a destra dell’altro. Uno stesso uomo <può> certo <occupare> simultaneamente entrambe le posizioni, ma in nessun modo <può> simultaneamente <occuparle> entrambe rispetto a uno stesso uomo.

Così, uno stesso animo può certo essere simultaneamente nolente e volente², ma non può simultaneamente non volere e volere una stessa e identica cosa. Quando infatti qualcuno fa qualcosa nolente³, se gli domandi se voglia farlo, dice di non volerlo, e parimenti, se gli domandi se voglia non farlo, risponde di volerlo. Lo troverai così nolente rispetto al fare e volente⁴, invece, rispetto al non fare: cioè, <troverai> uno stesso animo che, allo stesso tempo, ha in sé entrambe le

¹ BA: “contraint/volontaire”; NBA: “costretto/volontario”; WSA: “unwilling/willing”.

² BA: “contraint/voulant”; NBA: “costretto/volontario”; WSA: “unwilling/willing”.

³ BA: “malgré lui”; NBA: “costretto”; WSA: “unwillingly”.

⁴ BA: “contraint/voulant”; NBA: “costretto a fare senza voler fare”; WSA: “unwilling/willing”.

utrumque, sed aliud atque aliud ad singula referentem.

Cur haec dico? Quia si rursum quaeramus, quam ob causam id invitus faciat, cogi se dicet. Nam et omnis invitus faciens cogitur et omnis qui cogitur, si facit, non nisi invitus facit. Restat, ut volens a cogente sit liber, etiamsi se quisquam cogi putet. Et hoc enim modo omnis, qui volens facit, non cogitur; et omnis, qui non cogitur, aut volens facit, aut non facit.

Haec cum in omnibus hominibus, quos interrogare non absurde possumus, a puero usque ad senem, a ludo litterario usque ad solium sapientis natura ipsa proclamet. Cur ego tunc non viderem in definitione voluntatis ponendum esse ‘cogente nullo’, quod nunc quasi experientia maiore cautissimus posui?

At si hoc ubique manifestum est et non doctrina, sed natura omnibus promptum, quid restat quod videatur obscurum, nisi forte ullum lateat, aliquid nos velle cum volumus, et ad hoc moveri animum nostrum, idque aut habere nos aut non habere, et si haberemus retinere velle, si non haberemus acquirere? Quare aut non amittere, aut adipisci aliquid vult, omnis qui vult. Quamobrem, si omnia ista luce clariora sunt, sicuti sunt, neque meae tantum, sed notitiae generis humani veritatis ipsius liberalitate donata, cur illo etiam tempore dicere non possem: Voluntas est motus animi, cogente nullo, ad aliquid vel non amittendum, vel adipiscendum?

<determinazioni>, e che però riferisce l’una e l’altra a termini distinti.

Perché dico queste cose? Perché, se di nuovo <gli> chiediamo per quale motivo faccia ciò contro voglia, dirà di esser<vi> costretto⁵. Difatti, chiunque faccia contro voglia è costretto, e così pure chiunque sia costretto, se fa, non fa se non contro voglia⁶. Resta che chi vuole sia libero da costrizione, quand’anche uno si reputi costretto. E in tal modo, infatti, chi fa volendo non è costretto⁷, e chiunque non è costretto o fa volendo o non fa.

Queste cose, la natura stessa le proclamerà in tutti gli uomini che possiamo non insensatamente interrogare, dal fanciullo al vecchio, dalla scuola elementare al soglio del sapiente; perché mai, dunque, a quel tempo, non riuscivo a vedere che nella definizione della volontà bisogna porre “da nulla costretto”, <inciso> che ora, per la grande accortezza che, per così dire, mi deriva dalla maggior esperienza, ho posto?

Se ciò, però, è ovunque manifesto, e palese a tutti per via non d’insegnamento, ma di natura, che cosa continua ad apparire oscuro, se non forse che a qualcuno si cela il fatto che, quando vogliamo, noi vogliamo qualcosa, e verso ciò si muove il nostro animo, e ciò o lo possediamo o non lo possediamo, e se lo possediamo vogliamo conservarlo, <mentre> se non lo possediamo vogliamo appropriarcene? Chiunque vuole, perciò, vuole o non perdere o conseguire qualcosa. Per questo motivo, se tutte queste cose sono più chiare della luce <del sole>, come <in effetti> sono, e sono state donate per la liberalità della verità stessa alla conoscenza non mia soltanto, ma dell’<intero> genere umano, perché mai, anche a quel tempo, non ero capace di dire: la volontà è il moto dell’animo, da nulla costretto, volto a non perdere o a conseguire qualcosa?

⁵ BA: “malgré lui/a été contraint”; NBA: “suo malgrado/è stato costretto”; WSA: “unwillingly/he was forced”.

⁶ BA: “malgré lui/est contraint”; NBA: “suo malgrado/è costretto”; WSA: “unwillingly/is forced”.

⁷ BA: “agit volontairement/sans containte”; NBA: “volontariamente/non è costretto”; WSA: “willingly/is not forced”.

B. Altri testi

- T.1 [*conf.* VIII, 10, 22, *CCSL* 27, p. 127]: Pereant a facie tua (cf. Ps. 57, 3), Deus, sicuti pereunt, vaniloqui et mentis seductores (cf. Tt. 1, 10), qui cum duas voluntates in deliberando animadverterint, duas naturas duarum mentium esse asseverant, unam bonam, alteram malam. Ipsi vere mali sunt, cum ista mala sentiunt, et idem ipsi boni erunt, si vera senserint verisque consenserint, ut dicat eis Apostolus tuus: Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Eph. 5, 8). Illi enim dum volunt esse lux non in Domino, sed in se ipsis, putando animae naturam hoc esse, quod Deus est, ita facti sunt densiores tenebrae, quoniam longius a te recesserunt horrenda arrogantia, a te, vero lumine illuminante omnem hominem venientem in hunc mundum (Ioh. 1, 9). Attendite, quid dicatis, et erubescite et accedite ad eum et illuminamini, et vultus vestri non erubescant (Ps. 33, 6). Ego cum deliberabam, ut iam servirem Domino Deo meo (Ier. 30, 9), sicut diu disposueram, ego eram, qui volebam, ego, qui nolebam; ego, ego eram. Nec plene volebam nec plene nolebam. Ideo mecum contendebam et dissipabar a me ipso, et ipsa dissipatio me invito quidem fiebat, nec tamen ostendebat naturam mentis alienae, sed poenam meae. Et ideo non iam ego operabar illam, sed quod habitabat in me peccatum (Rm 7, 17) de supplicio liberioris peccati, quia eram filius Adam.
- T.2 [*conf.* VIII, 10, 24, *CCSL* 27, p. 128]: Iam ergo non dicant, cum duas voluntates in homine uno adversari sibi sentiunt, duas contrarias mentes de duabus contrariis substantiis et de duobus contrariis principiis contendere, unam bonam, alteram malam.
- T.3 [*lib. arb.* III, 1, 2, *CCSL* 29, p. 275]: Credo ergo meminisse te, in prima disputatione satis esse compertum, nulla re fieri mentem servam libidinis, nisi propria voluntate: nam neque a superiore, neque ab aequali eam posse ad hoc dedecus cogi, quia iniustum est; neque ab inferiore, quia non potest⁸. Restat igitur ut eius sit proprius iste motus, quo fruendi voluntatem ad creaturam a Creatore convertit: qui motus si culpae deputatur (unde qui dubitat, irrisione dignus tibi visus est), non est utique naturalis, sed voluntarius; in eoque similis est illi motui quo deorsum versus lapis fertur, quod sicut iste proprius est lapidis, sic ille animi: verumtamen in eo dissimilis, quod in potestate non habet lapis cohibere motum quo fertur inferius; animus vero dum non vult, non ita movetur, ut superioribus desertis inferiora diligat; et ideo lapidi naturalis est ille motus, animo vero iste voluntarius. Hinc est quod lapidem si quis dicat peccare, quod pondere suo tendit in infima, non dicam ipso lapide stolidior, sed profecto demens iudicatur: animum vero peccati arguimus, cum eum convincimus superioribus desertis ad fruendum inferiora praeponere. Propterea, quid opus est quaerere unde iste motus existat, quo voluntas avertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum, cum eum non nisi animi, et voluntarium, et ob hoc culpabilem esse fateamur; omnisque de hac re disciplina utilis ad id valeat, ut eo motu improbato atque cohibito, voluntatem nostram ad fruendum sempiterno bono, a lapsu temporalium convertamus?
- T.4 [*Gn. adv. Man.* II, 15, 21, *CSEL* 91, pp. 142-143]: Etiam nunc in unoquoque nostrum nihil aliud agitur, cum ad peccatum quisque delabitur, quam tunc actum est in illis tribus, serpente et muliere et viro. Nam primo fit suggestio sive per cogitationem sive per sensus corporis vel videndo vel tangendo vel audiendo vel gustando vel olfaciendo; quae suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non movebitur ad peccandum, excludetur serpentis astutia; si autem mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit. Sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrenat atque compescit. Quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat et, quod libido commoverit, faciendum esse decernat, ab omni beata vita tamquam de paradiso expellitur homo. Iam enim

⁸ Cf. *div. qu.* 4.

peccatum imputatur, etiamsi non subsequatur factum, quoniam rea tenetur in consensione conscientia.

- T.5 [*div. qu. 3, CCSL 44/A, p. 12*]: Nullo sapiente homine auctore fit homo deterior. Non enim parva ista culpa est, immo tanta est, quae in sapientem quemvis hominem cadere nequeat. Est autem deus omni homine sapiente praestantior. Multo minus igitur deo auctore fit homo deterior; multo enim praestantior dei voluntas quam hominis sapientis est. Illo autem auctore cum dicitur, illo volente dicitur. Est ergo vitium voluntatis quo est homo deterior. Quod vitium si longe abest a dei voluntate, ut ratio docet, in quo sit quaerendum est.
- T.6 [*div. qu. 8, CCSL 13/2, p. 15*]: Moveri per se animam sentit, qui sentit in se esse voluntatem. Nam si volumus, non alius de nobis vult. Et iste motus animae spontaneus est; hoc enim ei tributum est a Deo. Qui tamen motus, non de loco in locum est tamquam corporis; localiter enim moveri corporis proprium est. Et cum anima voluntate, id est, illo motu qui localis non est, corpus suum tamen localiter movet, non ex eo demonstratur et ipsa localiter moveri. Sicut videmus a cardine moveri aliquid per magnum spatium loci, et tamen ipsum cardinem non moveri loco.
- T.7 [*div. qu. 24, CCSL 13/2, pp. 29-30*]: Nihil igitur casu fit in mundo. Hoc constituto consequens videtur, ut quidquid in mundo geritur partim divinitus geratur, partim nostra voluntate. Deus enim quovis homine optimo et iustissimo longe atque incomparabiliter melior et iustior est. Iustus autem regens et gubernans universa nullam poenam cuiquam sinit immerito infligi, nullum praemium immerito dari. Meritum autem poenae peccatum, et meritum praemii recte factum est, nec peccatum aut recte factum imputari cuiquam iuste potest qui nihil propria fecerit voluntate. Est igitur et peccatum et recte factum in libero voluntatis arbitrio.
- T.8 [*duab. an. 1, CSEL 25/1, p. 51*]: Nam primo animarum illa duo genera, quibus ita singulas naturas propriasque tribuerunt, ut alterum de ipsa Dei esse substantia, alterius vero Deum nec conditorem quidem velint accipi, si mecum sobrie diligenterque considerassem, mente in Deum supplicis et pia; fortasse mihi satagenti apparuisset, nullam esse qualemlibet vitam, quae non eo ipso quo vita est, et in quantum omnino vita est, ad summum vitae fontem principiumque pertineat: quod nihil aliud quam summum et solum verumque Deum possumus confiteri.
- T.9 [*duab. an. 3, CSEL 25/1, p. 53*]: Sed de corpore interim taceo: de anima conqueror, de spontaneo et vivo motu, de actu, de vita, de immortalitate: denique conqueror, quod aliquam rem ista omnia sine Dei bonitate habere posse miserrimus credidi; quod quanta essent, negligenter attendi; hoc mihi gemendum, hoc deflendum puto.
- T.10 [*duab. an. 8, CSEL 25/1, pp. 60-61*]: Quo constituto, quando ille mihi vel quisquam negare auderet, animas quantum vellet malas, tamen quoniam animae essent, intellegibilium rerum numero contineri, neque illas per defectum intellegi? Siquidem animae non alio essent, nisi quo viverent. Licet enim per defectum intellegerentur vitiosae, quia virtutis egestate vitiosae; non tamen per defectum animae, quia vivendo animae. Nec fieri potest ut vitae praesentia sit causa deficiendi; cum tanto quidque deficiat, quanto deseritur a vita.
- T.11 [*duab. an. 10, CSEL 25/1, p. 65*]: Etenim anima quamvis sit immortalis, tamen quia mors eius recte dicitur a Dei cognitione aversio; cum se convertit ad Deum, meritum est aeternae vitae consequendae, ut sit aeterna vita, sicut dictum est, ipsa cognitio. Converti autem ad Deum nemo, nisi ab hoc mundo se averterit, potest.
- T.12 [*duab. an. 12, CSEL 25/1, p. 67*]: Quia de quo nesciente, vel resistere non valente quisquam quidpiam mali fecerit, iuste damnari nullo modo potest.

- T.13 [*duab. an. 12, CSEL 25/1, p. 68*]: Quibus concessis colligerem, nusquam scilicet nisi in voluntate esse peccatum: cum mihi auxiliaretur etiam illud, quod iustitia peccantes tenet sola mala voluntate, quamvis quod voluerint implere nequiverint.
- T.14 [*duab. an. 15, CSEL 25/1, p. 70*]: Ergo peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, et unde liberum est abstinere. Quanquam si liberum non sit, non est voluntas. Sed malui grossius quam scrupulosius definire. Etiamne hi libri obscuri mihi scrutandi erant, unde discerem neminem vituperatione suppliciove dignum, qui aut id velit quod iustitia velle non prohibet, aut id non faciat quod facere non potest?
- T.15 [*duab. an. 15, CSEL 25/1, pp. 70-71*]: Quod si nemo vituperatione vel damnatione dignus est, aut non contra vetitum iustitiae faciens, aut quod non potest non faciens, omne autem peccatum vel vituperandum est, vel damnandum; quis dubitet tunc esse peccatum, cum et velle iniustum est, et liberum nolle; et ideo definitionem illam et veram et ad intellegendum esse facillimam, et non modo nunc, sed tunc quoque a me potuisse dici: Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, et unde liberum est abstinere?
- T.16 [*duab. an. 17, CSEL 25/1, pp. 73-74*]: Quamobrem illae animae quidquid faciunt, si natura, non voluntate faciunt, id est, si libero et ad faciendum et ad non faciendum motu animi carent; si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccatum earum tenere non possumus. At omnes fatentur, et malas animas iuste, et eas quae non peccaverunt, iniuste damnari: fatentur igitur eas malas esse quae peccant. Illae autem, sicut ratio docuit, non peccant. Animarum ergo malarum genus nescio quod extraneum, quod a Manichaeis inducitur, nullum est.
- T.17 [*retr. I, 15(14), 1, CCSL 57, p. 45*]: Post hunc librum scripsi adhuc presbyter contra Manichaeos *De duabus animabus*, quarum dicunt unam partem Dei esse, alteram de gente tenebrarum, quam non condiderit Deus, et quae sit Deo coaeterna. Et has ambas animas, unam bonam alteram malam, in homine uno esse delirant; istam scilicet malam propriam carnis esse dicentes, quam carnem etiam dicunt gentis esse tenebrarum; illam vero bonam ex adventitia Dei parte, quae cum tenebrarum gente conflixerit, atque utramque miscuerit. Et omnia quidem bona hominis illi bonae animae, omnia vero mala illi malae animae tribuunt.
- T.18 [*retr. I, 15(14), 3, CCSL 57, pp. 46-47*]: Itemque alio loco ipsam voluntatem definivi dicens: *Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum*. Quod propterea dictum est, ut hac definitione volens a nolente discerneretur, et sic ad illos referretur intentio, qui primi in paradiso fuerunt humano generi origo mali, nullo cogente peccando, hoc est libera voluntate peccando, quia et scientes contra praeceptum fecerunt, et ille tentator suasit ut hoc fieret, non coegit. Nam et qui nesciens peccavit, non incongruenter nolens peccasse dici potest, quamvis et ipse quod nesciens fecit, volens tamen fecit; ita nec ipsius esse potuit sine voluntate peccatum. Quae voluntas utique, sicut definita est, animi motus fuit cogente nullo ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum. Quod enim si nolisset non fecisset, non coactus est facere. Quia voluit ergo fecit, etiamsi non quia voluit peccavit, nesciens peccatum esse quod fecit. Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit, sed voluntate facti non voluntate peccati, quod tamen factum peccatum fuit; hoc enim factum est quod fieri non debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere nec tamen facit, utique volens peccat, quoniam qui potest resistere non cogitur cedere. Qui vero cogenti cupiditati bona voluntate resistere non potest, et ideo facit contra praecepta iustitiae, iam hoc ita peccatum est, ut sit etiam poena peccati. Quapropter peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est.

T.19 [retr. I, 15(14), 4, CCSL 51, pp. 47-48]: Itemque definitio peccati qua diximus: *Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, et unde liberum est abstinere*, propterea vera est, quia id definitum est quod tantummodo peccatum est, non quod etiam poena peccati. Nam quando tale est ut idem sit et poena peccati, quantum est quod valet voluntas sub dominante cupiditate, nisi forte, si pia est, ut oret auxilium? In tantum enim libera est, in quantum liberata est, et in tantum appellatur voluntas. Alioquin tota cupiditas quam voluntas proprie nuncupanda est, quae non est, sicut Manichaei desipiunt, alienae naturae additamentum, sed nostrae vitium a quo non sanamur nisi gratia Salvatoris. Quod si quisquam dicit etiam ipsam cupiditatem nihil esse aliud quam voluntatem, sed vitiosam peccatoque servientem, non resistendum est nec de verbis, cum res constet, controversia facienda. Etiam sic enim ostenditur sine voluntate nullum esse peccatum sive in opere sive in origine.

C. Bibliografia minima

Confessiones = CCSL 29.

De diversis quaestionibus octoginta tribus = CCSL, vol. 44/A, pp. 1-249.

De duabus animabus = CSEL, vol. 25/1, pp. 48-112.

De Genesi contra Manichaeus = CSEL, vol. 91.

De libero arbitrio = CCSL, vol. 29, pp. 211-321.

Retractationes = CCSL, vol. 57.

Le due anime = NBA, vol. 13/1, pp. 209-259.

Des deux âmes = BA, vol. 17, pp. 52-115.

The Two Souls = WSA, vol. I/19, pp. 117-134.

ALLINEY G., “Fra Aristotele e Agostino. Per un paradigma della libertà nel XIII secolo”, in M. LEONE, L. VALENTE (eds), *Libertà e determinismo. Riflessioni medievali*, Roma, Aracne, 2017, pp. 171-196.

CATAPANO G., “Prolegomeni a uno studio della filosofia negli scritti antimanichei di Agostino”, in E. MORO, V. LIMONE (eds), *Studi Agostiniani: filosofia, teologia, letteratura* [= *Percorsi Agostiniani* 15/29 (2022)], pp. 26-36.

—, “*Ut omnia sint ordinatissima*. Sul rapporto tra ordine e legge eterna in Agostino”, *Doctor Virtualis* 19 (2024), pp. 163-189
(<https://riviste.unimi.it/index.php/DoctorVirtualis/article/view/23540/21660>).

CHAPPELL T.D.J., *Aristotle and Augustine on Freedom. Two Theories of Freedom, Voluntary Action and Akrasia*, New York, St. Martin’s Press, 1995.

FREDE M., *A free will: Origins of the Notion in Ancient Thought*, Berkeley, University of California Press, 2011.

HOFFMANN T. et al. (eds), *Das Problem der Willensschwäche in der mittelalterlichen Philosophie*, Leuven etc., Peeters, 2006.

HOFFMANN T., *Weakness of Will from Plato to the Present*, Washington D.C, The Catholic University of America Press, 2008.

HORN C., “Augustinus und die Entstehung des philosophischen Willensbegriffs”, *Zeitschrift für philosophische Forschung* 50 1/2 (1996), pp. 113-132.

—, “How close is Augustine’s *liberum arbitrium* to the concept of *tò eph’hêmin*”, in P. DESTRÉE, R. SALLES, M. ZINGANO (eds), *What is Up to Us? Studies on Agency and Responsibility in Ancient Philosophy*, Sankt Augustin, Academia Verlag, 2014, pp. 295-310.

KAHN Ch., “Discovering the Will: from Aristotle to Augustine”, in J. DILLON, A.A. LONG (eds), *The Question of Eclecticism. Studies in Later Greek Philosophy*, Berkeley, University of California Press, 1988, pp. 234-259.

- KANTZER KOMLINE H.-L., *Augustine on the Will. A Theological Account*, Oxford, Oxford University Press, 2019.
- LAGOUANERE J., “Augustin, lecteur de Sénèque: le cas de la *bona uoluntas*”, in M. VINCENT, D. STANCIU (eds), *Studia Patristica vol. LXXXVI. Papers presented at the Seventeenth International Conference on Patristic Studies held in Oxford 2015. Volume 12: Augustine on conscientia*, Leuven etc., Peeters, 2017, pp. 153-162.
- , *Self and agency in the De duabus animabus of Augustine of Hippo*, Oxford Patristics Conference Workshop « The Augustinian Self », Tuesday August 6th (<https://jeromelagouanere.academia.edu/research#talks>).
- MASO S., ““*Desiderium voluntas non est*,” E. CATTANEI, S. MASO (eds), *Paradeigmata voluntatis. All’origine della concezione moderna di volontà*, Venezia, Edizioni Ca’ Foscari, 2021, pp. 73-96.
- MOISEEVA E., *La notion de volonté dans les écrits de saint Augustin entre 388 et 404*, Paris, Collection des Études Augustiniennes, 2024.
- SAARINEN R., *Weakness of the Will in Medieval Thought. From Augustine to Buridan*, New York etc., Brill, 1994.
- STROUMSA G.G., P. FREDRIKSEN, “The Two Souls and the Divided Will,” in J. ASSMAN, A.I. BAUMGARTEN, G.G. STROUMSA (eds), *Self, Soul, and Body in Religious Experience*, Leiden, Köln, Brill, 1998, p. 198-217.
- VAN RIEL G., “Augustine’s Will, an Aristotelian Notion? On the Antecedents of Augustine’s Doctrine of the Will,” *Augustinian Studies* 38/1 (2007), pp. 255-279.
- WAN DEN BOK, “Freedom of the Will. A systematic and biographical sounding of Augustine’s thoughts on human willing,” *Augustiniana* 44,3/4 (1994), pp. 237-270.
- WETZEL J., *Augustine and the Limits of Virtue*, Cambridge, Cambridge University Press, 1992.